



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

10. Vtrum Ecclesiastica immunitas per consuetudinem tolli poßit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

Ecclesiasticorum beneficiorum & Ecclesiarum sub excommunicatione bullari. Septimus, Si temporales Domini prohibeant suis subditis, ne Ecclesiasticis quicquam vendant aut ab iis emant sub excommunicatione ipso facto : Si laicus bona Ecclesiastica contra iuris ordinem inuadat. Nam ordinariè non defunt remedia querelam deponendi: pud superiorem Ecclesiasticum. Nonus, Si secularis potestas cum autoritate se immiscet electioni Ecclesiastice. Decimus, Si secularis potestas statuta edat aut formari faciat, que Ecclesiastice libertati aduersantur sub excommunicatione bullari.

- 3 Statuta secularium interdum directè derogant Ecclesiastice immunitati interdum indirectè.
- 4 Personæ Ecclesiastice ad tutelam non possunt compeili : Agnitionis tamen tutelam legitimam Clerici suscipere possunt & personarum miserabilium.

#### C A P. X.

*Vtrum Ecclesiastica immunitas per contrariam consuetudinem tolli aut minui possit.*

**E**cclesiastica immunitas per solam consuetudinem, quamvis immemorialem tolli aut minui non potest, si sola sit, & nullo titulo seu privilegio summi Pontificis adiuuetur, quia id deberet fieri per modum reuocationis, interveniente patientia, ideoque tacito Papæ consensu, quod Papa non solet facere, sed potius damnare, vel per modum præscriptionis. Nam consuetudo, quæ ut irrationaliter damnata est, non potest via præscriptionis le-

siarum sub  
Si tempore  
e Ecclesia-  
ant sub ex-  
pona Eccle-  
Nam ordi-  
ponendia-  
us, Si secu-  
miserit ele-  
ularis pote-  
ta Ecclesia-  
unicatione  
tè derogant  
recte.  
non possunt  
a legitimam  
m miteabili-

gemabrogare, sed consuetudo aduersus Ecclesiastici libertatem, anquam irrationalis passim damnatur in iure. Deinde incapax possidendo est etiam incapax praescribendi, sed laici sunt incapaces jurisdictionis super Ecclesiasticas personas.

Per Privilegium seu concessionem Papæ laici capaces sunt alicuius potestatis in Ecclesiasticas personas.

Exemptionem Clericorum confirmare eamque Iesum redintegrare ad clauem supremæ Ecclesiasticae iurisdictionis pertinet, etiam reuocatio concessionis, potestatis super Clericos, etiam consuetudinis & præscriptionis quippe fundatæ in gratia & privilegio Apostolico. Ideo sicut privilegium à Papa reuocari potest, ita etiam præscriptio ex prælumptione & præscriptione privilegii vim accipiens, id que ex plenitudine potestatis, maxime si cedere videatur in contemptum status Ecclesiastici.

## TRACTATVS X.

### De vitiis oppositis virtuti Religionis.

**N**B. Vitia Religionis virtuti opposita alia sunt secundum excessum, alia secundum defectum: Illa superstitionis. Dicitur autem superstitione, quasi supra conuenientem Dei cultum aliquid statutum, quia tamen excessus non est secundum quantitatem cultus absolute, quia quantumvis homo Deum colat, minus est, quam ei debetur, sed est excessus secundum obiectum, ut si aliquis Deus

Kkk 5 colatur,